honorem debitum ut non perdat
aequalitas meritum; ita uerbis
dñi proficimus ita ut proficiamus
& perficiamus gratia illius adiue
explicit omelia xxx. Iuamur;
Incipit omelia tricesima i.
Ab eo loco ubi ait dicebant
ergo quidam ex hierosolimis
Nonne hic est quem quere
bant iudei interficere et ec
ce palam loquitur et nihil
ei dicunt usque ad id quod ait
Queritis me et non inuenietis
et ubi ego sum uos non potestis uenire;
Meminit caritas uestra pristi
nis sermonibus & lectum
esse in euangelio & a nobis ut po
tuimus disputatum quod dñs ihs
ideo uelut occulte ascendit ad di
em festum non quia timebat ne
tenerentur cuius potestas erat ut
non tenerentur Sed ut significaret
& iam in ipso die festo qui celebra
batur a iudeis se occultari & suum
esse mysterium; hodierna ergo
lectione apparuit potestas quae
putabatur timiditas; loquebatur
enim palam in die festo ita ut mi
rarentur turbe & dicerent Quod
audiuimus cum lectio legeretur;
Nonne hic est quem querebant
iudei interficere ecce palam loqui
tur & nihil illi dicunt; Numquid
uere cognouerunt principes qui
a hic est xps qui nouerant qua
seuitia querebatur mirabantur
qua potentia non tenebatur; de
inde non plene intellegentes il
lius potentiam putauerant esse
principum scientiam quod ipsi
cognouerant eundem esse xpm;
Ideo pepercerunt ei quem tanto
pere occidendum quesierunt;
Deinde illi ipsi apud se ipsos qui
dixerunt Numquid cognoue
runt principes quia hic est xps
Fecerunt sibi questionem quae is
uideretur non ipse esse xps; ad
iungentes enim dixerunt; sed
istum nouimus unde sit xps autem
cum uenerit nemo scit unde sit;
haec opinio apud iudeos unde
nata fuerit quod xps cum uene
rit nemo scit unde sit Non enim
inaniter nata est; Si considere
mus scripturas inuenimus fratres
quomodo sancte scripturae dixerunt de
xpo Quomodo nazareus uocabitur;
Ergo predixerunt unde sit;
Rursus si locum natiuitatis eius
queramus tamquam inde sit u
bi natus est Nec hoc latebat
iudeos propter scripturas quae
ista praedixerant; Nam cum eum
uisa stella magi quererent ad
orare uenerunt ad herodem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_206/0355